

Les sources manuscrites de la théorie de la musique  
(S. IX-XVI)

---

REGENSBURG, Bischöfliche Zentralbibliothek,  
Proskesche-Musikbibliothek (*D-Rp*)  
98 th. 4°, p. 318  
Transcription : Christian Meyer  
(janvier 2006 – rév. oct. 2017)

<sup>1</sup> Item proportio musicalis etiam cognosci potest modis absque signis. <sup>2</sup> Et de hoc dantur alique regule.

<sup>3</sup> Prima est de proportione dupla. <sup>4</sup> Quod totiens quotiens in aliquo cantu ponatur adinvicem due minime colore variate absque pluribus, pro proportione dupla computatur, i. due contra unam. <sup>5</sup> Et si 4<sup>or</sup> minime fuerint colore variate similiter computantur, nisi aliquod signum speciale positum fuerit.

<sup>6</sup> Secunda regula. Quod totiens quo ciens due semibreves <...> in proportione dupla computantur, nisi aliquod signum speciale contrarie proportionis positum fuerit. <sup>7</sup> Similimodo si 8 fuerint colore variate, pro proporcione dupla computantur.

<sup>8</sup> Tercia regula. De proportione sesquialtera. Quod totiens quo ciens semibrevis cum minima colore variata ponitur absque pluribus, pro proportione sesquialtera computatur.

<sup>9</sup> Quarta. Quod totiens quo ciens tres semibreves cum tribus minimis inter singulas positas colore variate ad inficem ponuntur, pro proportione sesquialtera computantur atque modulantur.


<sup>10</sup> Quinta. Quotienscumque 3<sup>s</sup> breves colore variate aut earum valor computando super tempus imperfectum contra duas, pro proportione sesquialtera computantur nisi aliquod signum speciale supervenerit.

<sup>11</sup>Sexta regula. De proportione sesquiquarta. <sup>12</sup>Tociens quociens quinque minime colore variate adinvicem ponuntur contra 4<sup>or</sup> minimas vel colore variatas, pro proportione sesquiquarta computantur, <sup>13</sup>et similimodo quinque semibreves aut breves colore variate aut earum valor admodum ponuntur, pro proportione sesquiquarta computantur.

---

3-7 cf. PROP. MENS. Sequitur

---

13 computantur]  add.